Laneus Franconicus.

Bis septem ulnis fac virgam iungito pugnum.
Bis senes latus ex his erit mansus.
Bis centum longus et septuaginta virgæ.
Francus mansus perfectus sit tibi census.

Theutonicus.

Ad mensurand' laneum Theutonicum iuxta modum iuris Theutonici. Primo quindecem ulnæ faciunt unam virgam Tres virgæ faciunt unam Cordam et ista Corda facit quadraginta quinque ulnas. Quatuor Cordæ faciunt unum Mansum ad latitudinem. Ad longitudinem debent esse Nonaginta Cordæ et sic erit Mansus perfectus Theutonicus.

Item Mansus Franconicus ita debet esse Mensuratus. Primo debet esse Mensura quatuordecem ulnarum et unam palmam in se continens. Quorum quid' mensurarum huiusmodi 270 Mensuræ ad longitudinem. Ad latitudinem verò duodecem Mensuræ mensurari debent Et sic fiet verus mansus Franconicus Et in quolibet manso debent esse octo stadia et quodlibet stadium quindecem Mensuras suprascriptas in se contineri debet Et hæc est mensura verissima Mansi siue lanei Franconicū

Alia mensura Laneorum.

Inprimis debet esse corulus septem cum medio cubitorum horum corulorum in Viertel in longitudinem sunt triginta Coruli In latitudinem verò sex Coruli. Item Viertelijen in virgam hoc est in pret sex virgæ in laneum Theutonicum sint duodecem.

Mansus Franconicus.

Mensura debet esse quindecem cubitorum seu ulnarum quam mensuram ducenti quinquaginta Mensuræ ad longitudinem Ad latitudinem verò duodecem Qui Mansus diuisus ad tres partes in tres Campos In quolibet campo debent esse sex stadia et quodlibet stadium quatuordecem mensuras supra scriptas in longitudinem contineri debet in se et erit Mansus perfectus

Mansus verò siue laneus Polonicus de quo laneo Kmetones debent diem in septimana laborare talis esse debet Diuisus in tres campos debet esse ad longitudinem quodlibet stadium Octuaginta quatuor ulnarum et huiusmodi stadia debent esse duodecem in longitudinem Ad latitudinem verò laneus debet esse Centum et viginti ulnarum

Item Alius laneus de quo Kmetones laborant suis dominis diem in septimana debet esse laneus diuisus in tres partes hoc e. in tres campos In quolibet

campo debent eſſe quatuor ſtadia et quodlibet Stadium ad longitudinem debet eſſe centum et quinquaginta plantorũ ats stop ad latitudinē verò debet eſſe lancus viginti quatuor sulcorum alias gagonoro et quilibet sulcus ad sex plantas ats stop.

Item Mansus Franconicus

Fiant quindecem ulna quæ faciunt virgam unā tres virgæ faciūt unam cordam quæ corda facit quadraginta quinque ulnas Quatuor aut cordæ faciunt latitudinem Nonaginta vero cordæ longitudinē Manſi mā.gri conſtituas